

TRACTATVS  
DE CRIMINE  
LAESAE MAIESTA-  
TIS INSIGNIS, ET  
ELEGANS,

SVMMO STUDIO AC DILIGENTIA  
per clarissimum consummatissimumque Vtr. Iur. Docto-  
rem D. HIERONYMVM GIGANTEM  
Forosempsonensem elucubratus,

ET ad communem studiosorum, Iudicium, pariter & causarum  
Patronorum, aliorumque in foro presertim criminali  
versantium commodum, & utilitatem, nunc  
primùm in lucem editus,

CVM SUMMARIIS, AC INDICE  
matetiarum locupletissimo.



num. 43.

caso. ... 9.

num. - 13.

L V G D V N I,  
Apud heredes Iacobi Iunta,

M. D. LVII.



# L A V R E N T I O P R I O L O I N C L Y T O

V E N E T I A R V M D V C I

Hicronymus Gigas Jurisconsul-  
tus inoffensam fælicita-  
tem precatur.



**N**TIQUORVM morem  
fuisse legimus, Princeps serenissi-  
me, quem etiā in plerisque Pro-  
vincijs etate nostra seruari vidi-  
mus: Ut ad principatus sublime-  
solum nouiter assumptus subdi-  
cis mutuscula qualiacunque quis-  
que potest offerantur. Cum autem nuper vacante hu-  
ius inclite Cittatis Venetiarum Ducali sede, Patres  
illi amplissimi, Senatorésque optimi, quibus noui Ducis  
electio legum deeret ocontigerat, Quem nam tam subli-  
mi Reipublica præficerent, animo voluerent, considera-  
tes vera Christianæ religionis cultum, qui inter semper  
apprimè floruit, & sine quo nullum ad huius dignitatis  
gradum, ut ceteris præsit, assumi debet: vitæque tuæ in-  
tegritatem, singularem erga patriam amorem, constan-  
tem iustitiam omnibus aequalitate per te administrari  
solitam, Diuinamque tuam clementiam, qua Princi-  
pem Deo similem dubio procul efficit, liberumque in-

HIERONYMI  
GIGANTIS IURIS-  
CONSULTI FORO SEM-  
PRONIENSIS DE CRIMI-  
NE LAESAE MA-  
IESTATIS  
LIBER PRIMVS.

*De origine legis criminis laesae maiestatis, & cur Iuli-  
lia dicta fuit?*

S Y M M A R I V M.

- 1 Lex maiestatis apud Athenienses seruata fuit.
- 2 Lex maiestatis Cornelia à Cicerone nuncupata.
- 3 Lex maiestatis laesae, cur Iulia nuncupetur?
- 4 Lex Iulia de adulterijs, non ab ipso Iulio Cesare, sed ab Augu-  
sto lata fuit.
- 5 Iulus Caesar primus fuit Imperator.
- 6 Iulus Caesar primus Imperator legibus condendis, & ordinan-  
dis interclusus fuit.
- 7 Crimen laesae maiestatis contra Imperatorem, primo contra Iu-  
lium Cesarem primum Imperatorem commissum fuit.



R A C T A T V R V S materiam tri-  
minis laesae maiestatis, quam sparsim Do-  
ctores variis in locis, non copiosè, sed ad-  
modum breuiter examināt. & ego illam  
in ynum colligere, juris studiosis commo-  
do, & utilitati studens, cum decreverim,  
operæ pretium, quin potius necessarium  
arbitratus sum, in primis legis prædictæ originem quærere,  
cum inconueniens sit, omissis inijs atq; origine non repetita,  
illotis (ut ita dixerim) in iib; protinus materiam aggredi.  
Sacram maiestatis legem vna cum priscis regibus, & principi-

Lugduni,

IACOBVS FAVRE

*Excudebat.*